

Marij paren-  
tes et mores.

in aedis cuiusdam sacre dedicatione spe-  
clacula Græco more ederet, ingressum  
theatrum assedisse tantum, mox dis-  
cessisse. Sicut igitur ad Xenocrate  
philosophum, qui ingenio horridiore  
videbatur, crebro dicitur Plato solebat:  
Age Xenocrates Gratijs sacrificia. Ita  
si Marium quis induxisset, ut Græ-  
cis Musis et Gratijs sacra faceret:  
non rebus clarissimis domi militariq;  
gestis foedissimum imposisset fasti-  
gium. qui ex voracundia et intem-  
pestiva ambitione atq; impotenti cupi-  
ditate in funestissimam et efferatiss-  
simam senectutem iniecit. Caterum  
hæc in ipsis actionibus statim lique-  
bunt. Parentes eius prorsus obscuri,  
operarii et inopes fuere. Patris nō ex-  
tat nomen. Mater Fulvia dicta est.  
Sero tandem urbem vidit et vitam quæ  
stavit urbanam. Reliquum ætatis  
in vico agri Arpinatis Curreatone e-  
git. Vita